

Apr. In Beneventano palatio. Zacharias abbas donat 'cum consilio et iussione' Gisolphii ducis Lupo 'terciam portionem de casa intra Beneventanam civitatem' sita, quae sibi a duce donata erat. In fine chartae legitur: 'ego . . Zacharias pro confirmanda mea donatione nominatam . . petii potestatem, ut annulum suum affigi preciperet, quod et affixum est'. Reg. S. Soph. III, 4; Ughelli X, 458; Troya 618. **193**

Apr. 10. In Trebuano. Alexander de Sporticiano mutuum sumit ab Arighiso de Campilioni auri solidum, pro quo oppignerat petiolam unam prati loco qui dicitur Fassiolas siti. Ex or. arch. S. Ambr. Mediol. ed. Fumagalli, Cod. S. Ambr. p. 25; Troya 619; Hist. patr. mon. XIII, 13. **194**

747, Spt. 1—748, Spt. 1. Luca. Gallus diaconus offert ecclesiae S. Reguli loco Waldo sitae casam 'in loco Germaniano', qui 'regitor per Cioddolo et Theudoricolo massariis', ea conditione, ut ipse donec viveret usumfructum habeat. Ex autogr. arch. archiep. Luc. ed. Barsocchini V, 2, 26 no. 40; Troya 620. **195**

Sept. 8. Pistoria. Ratpert fundat monasterium et xenodochium SS. Petri, Pauli, Anastasii, cui medietatem omnium rerum suarum donat, abbatem Dominicum praeficit. De rebus suis multa pro coniuge, filia, fratre, sorore testamento constituit. 'Regn. Rachis . . a. quarto per ind. II'. Apogr. tabul. dipl. Florent. a. 1114. — Muratori, Ant. V, 405. 505; Zaccaria, Anecd. Pistoriensia p. 270; Brunetti I, 530 no. 39; Troya 621. **196**

Dec. Spoleti in palatio. Bona relicta Averolfi gastaldii donat cum consensu Oterami et Fulcualdi, filiorum suorum, monasterio S. Mariae (Farfensi) eiusque abbati Fulcoaldo 'casalem Fornicatam infra gualdum qui vocitatur ad S. Iacinthum' situm, ea conditione, ut colonis eiusdem fundi liceat aut ibidem consueta tributa persolventes remanere aut cum rebus mobilibus exire. Inter testes comites tres gastaldii duo. 'Temp. d. Luponis . . a. ducatus . . IV' ind. II'. Reg. Farf. 25; Galletti, Gabio p. 87; Troya 622. **197**

742—749.

— — Ratchis rex 'fecit donationes cartule Romane, sicut ipsi Romani petierunt'. Benedicti chron. cap. 16. MG. SS. III, 702. **198**

— — Ratchisii regis praeceptum monasterio Bobbiensi datum citat Ludovicus II. imp. a. 861, Oct. 7. Hist. patr. mon. I, 30. **199**

— — Ratgisi regis praeceptum ecclesiae Mutinensi datum citat Ludovicus I. imp. a. 822. Febr. 8. BR. 343; Sickel 174. **200**